

SCRIPT'VM


CONTRA PRIMATVM PAPAE,
ante annos 100. compositum.

4)

Item, Matthiae Flacij Illyrici de
eadem materia.

Apoca. 18.

Cecidit, cecidit Babylon magna.
Quia de uino iræ scortationis eius bibe-
runt omnes gentes. Et reges terræ cum
illa scortati sunt, & mercatores terræ de-
uirtute deliciarū eius diuites facti sunt.
Et audiui uocem de cœlo dicentem.
Exite de illa Populus meus, ne partici-
pes sitis delictorū eius, & de plagiis eius
non accipiatis. Quoniam peruererunt
peccata eius usq; ad cœlum & recorda-
tus est Deus iniquitatam eius. Reddite
ei, sicut ipsa reddidit uobis.



ILLVSTRIS:

SIMO PRINCIPI, MAGNIFICO
Domino Petro Petrowijth, per-
petuo comiti Themeswariensi, inferio-
rum partium regni Hungariae locum-
tenenti, suo Domino clementis-
simo S. Matth. Fla. Illyricus.

MAGNIFICE DOMINE
& Princeps illustrissime, audiui
tuam pietatem ac erga ueram re-
ligionem studium & beneficentiam plu-
rimū prædicari, eoq; te paulo liberius,
quanquam ignotus, cum hoc nostro
Theologico leuidensiq; munusculo adi-
re ac salutare ausus sum.

Est sane per exiguum, si uel operis
magnitudinem, uel etiā huiusmodi re-
rum hoc tempore summam copiam
species. Maximū uero est, si uel autoris,
qui nobis harum rerum largam nunc
copiam suppeditat uoluntatem iudici-
umq; respicias, uel etiam fructum, qui
inde prouenit, consideres.

Nam sicut deus, cum uehementis-

sime irascitur ac minatur non aliam
perinde duram plagam minatur , infli-
gitq; quam famem ac sicut uerbi Dei
Amos 8. secundæ Thessa. 2. Danie. II. Ita
rursus cum summum fauorem indicate
uult, pollicetur se daturum legem suam
in corda nostra, effusurum spiritum su-
per Ecclesiam, ita ut etiā minimi pro-
phetent & uisiones uideant, & perinde
cognitio Dei omnia oppleat, sicut ma-
re terras contegit. Cum igitur hæc, quæ
ad religionis nostræ illustrationem faci-
unt, ex summa optimaq; Dei uoluntate
nobis donentur, gratissima ea mente,
tanquā e benignissima diuitis Dei ma-
nu, suscipere deberemus, quantūvis im-
pius mundus tales res tanquam uilissi-
mas, non dissimilis sane AEsopico illi
gallo, contemnat conculcetq; .

Iam quid dicam de multis immen-
sisq; bonis, quæ nobis ex huiusmodi pijs
scriptis proueniunt. Scio quidem impie-
os, pro eorū Patris perficta fronte om-
nes calamitates mundi huius misero
Christo eiusq; Euangelio tribuere. Ach-
ab non dubitat grauisimum hoc crimē
impingere Eliæ, quod turbet Israelem ,
cum

cum uerius Propheta Idolatram tyran-
num eiusque sacrificulos redarguat, ip-
sorum Idolatrias malorum omniū cau-
sam præbere.

Sic & impie sacerdotes ac pontifices
non uerebantur Christum & Apostolos
seditionis, perturbationis totius gentis
ac denique & impietatis accusare. Sic &
Romani postea omniū calamitatū cau-
sas Christianismo impudēter tribuebāt.

Sic & nostri Papiste nihil non cri-
minum contra suam conscientiam in-
nocentem salutaremque Euangelij uo-
cem blaspheme congerunt. Audent ca-
lamitates orientalium Europæ partium
prædicationi Euangelij tribuere : Cum
illæ & incepérint, & pleræque acciderint
ante instauratam Euangelij doctrinam.
Audent nunc ciuilia Germaniæ bella ei-
dé causæ ob̄scere, cum sciant Euange-
licos iam annos 30. hoc bellum sup-
pliciter deprecatos esse, politicæque obedi-
tiæ semper & pollicitos esse & præstitisse.

Quale autem obsecro est hoc, quod iam
dica Diaboli cométu. Iamdiu flagitarūt
ñræ Ecclesiæ sincera religionis causæque
ñræ cognitione & liberū cōciliū, toties id

monarchæ & omnium ordinum aduersarij tam serio polliciti sunt: Toties etiam id parturiuerunt, neq; tamen unquam dare ausi sunt. Quæ obsecro est causa: nulla sane alia esse potest, nisi quod mendacium fugit lucem, tanquam mortem. Tandem uero aliquando quendam furum manipulum congregarunt, qui quam synceri fuerint, quamq; liberum concilium exhibuerint aut nobis præstituti fuerint, uel eo unico facile indicarunt, quod ne ipsis quidem summis monarchis suum ius seruarint. Sed hoc nondum satis fuit, tales scilicet iudices supra religionis causam & tam multas Ecclesiæ constituisse, qui & accusatores & iudices essent, nisi etiam eodem tempore arma contra nos suscepissent, atq; ita armis inde absterritos ἐρήμου, ut græcum prouerbium habet, causam opprimerent.

Tandem, cum ne sic quidem sceleratus impiorū conatus succederet, (immisso enim Deus uertiginis spiritu in medio opere ut, Psal. 58. impijs minatur, scelerata eorū consilia disturbauit) falsi quidem, sed tamen non defatigati

nouas

nouas fraudes cōmenti sunt, cum enim
uiderēt suam causam adeo malā esse, ut
nē per iniquum quidem causæ nostræ
concilium, id quod uolunt, efficere pos-
sint, manifesto dolo & ui agendum sibi
putant. Quare congregatis tribus aut
quatuor impostoribus, conciliatisq; sibi
aliquot iudis, consarcinant centonem
quēdam, ueluti ex flosculis impietatum
Antichristi: Eum iubent Interim, donec
dent liberum concilium (quod nunquā
fiet) ab omnibus pro sancto & inuiolato
haberi obseruantq;. Id facere renuentes
ferro ac igni furiose perseguuntur.

Hinc mihi quisq; sanæ mentis ho-
mo iudicet, tum quam uera religio Pa-
pistica sit, quæ tantopere lucem & libe-
ram cognitionem refudit. tum etiam
quali spiritu Papistæ agantur, qui con-
tra omnia iura humana ac diuina, cō-
traq; propria promissa, tam multas Ec-
clesias earumq; religionem, nondum fa-
cta legitima cognitione, condemnant, &
fraude plus quam Neroniana crudeli-
tateq; extinguere conantur.

Si Tartari & Scytæ de Christianis ac
Euangelio Iesu Christi deliberarent, uix

A 4 furiosius

furious Christianissimis & Catholicis-
simis istis Tyrannis agerent. Quin &
hoc uidemus, quod, sicut olim Ethnici
Idolatrae longe minus atrociter Christi-
anos persequuti sunt, quam Iudei gens
sancta imprimisq; eorum pontifices &
sacerdotes. Sic & hoc tempore uerum
Iesu Christi Euangelium magis locum
habet apud ipsos Turcas, quam apud
multos principes (ut sane uocantur)
Christianos, omnium autem minime
id ferre potest sanctissimus iste castis-
simusq; coetus spiritualium, Monacho-
rum, canonicorum, Episcoporum & Car-
dinalium cum suo capite Antichristo.
Ita Christus iam quoq; in sua uenit & sui
eum longe minus quam alieni recipiunt.

Sed quid ego tam prolixe apud tuam
M: mendacia crudelitatemq; impiorum,
quibus Ecclesiam semper uexarunt &
hodierna die uexant, cōmemoro & cum
& nota sint omnibus, & probe constet,
Sathanam istas suas eximias uirtutes
contra Euangelium ac Pios sine inter-
missione per filios suos, usq; ad extre-
mum iudicium exercitaturum esse

Quanquam igitur impij non desinant
saluta

salutarem Euangeliū uocem odiosissi-
mis, falsissimisq; criminationibus defor-
mare: Ttamen profecto notissimum est
eam immensa beneficia humano gene-
ri præstare. Nam præterquam, quod
abolitis Spiritualium Gomoris & So-
domis morum honestatem commen-
dat, omnes animas magistratibus subij-
cit, omnes uitæ ordines honorat, opes
Christianorum ad se non rapit, literas
ac omnia utilia uitæ studia fouet. (qui-
bus omnibus contraria Papatus facit,)
etiam ueram æternæ salutis uiam com-
monstrat, docet quomodo peccata mi-
seriasq; nostras uere per legem cognos-
cere queamus, & rursus per doctrinam
Euangeliū ostendit nos debere cum fidu-
cia ad Thronum gratiæ oratione fidei
per Christum accedere, ibi remissionem
peccatorū, æternam uitam, & liberati-
onem ex omnibus malis emendicare.
Certissimam enim promissionem habe-
mus, quod quicquid in nomine Christi
a patre petierimus, id indubitate ac-
cepturi simus.

Verū, ut finem aliquando tandem ser-
moni nostro imponā, breuiter iam com-
memo.

memorabo, Quid libellus hic quem T.
C. offero cōtineat: Duo sunt in eo scrip-
ta contra commentitiam potestateū
& impiaū tyrannidem Papæ: Posterius
quidem est tépore Concilij Basiliensis,
nempe ante annos 100. scriptum. In eo
breuiter sane ac erudite primum pro-
batur ex sacris literis, Papam non ha-
bere primatum super alios Episcopos,
Deinde ex historijs ostendit, quomodo
Antichristus arcē tyrannidis istius oc-
cupauerit. In priori uero nostro, compé-
dio tres propositiones probantur, qua-
rum prima est, quod Petrus non habu-
erit primatum. Secunda, quod, etiamsi
Petrus habuisset, non tamen propterea
haberet Papa. Postremo, quod non sit
utile unum aliquem hominem etiam
pium toti Ecclesiæ Christi præfici.

Nec fuerunt hoc tempore disputati-
ones de potestate Papæ inutiles rixæ, ut
quidam modesti & leues (ut iam uocā-
tur) homines opinantur. Si enim conce-
dimus Papam esse caput Ecclesiæ, habere
ius ligandi & soluendi pro arbitrio, cui
nemo debeat dicere, Quid facis? nō posse
errare &c, Quid quæsto obstabit, quin p-
tinus

tinus consequatur, ergo audiendum esse.

Tuæ autem M .clementissime Princeps ideo potissimum scripta hæc dicare uolui, quod (ut antea dixi) te ueræ pietati impense fauere intellexi. Est quidem hoc præcipuum boni principis officium, ut portas imperij sui Christo aperiat, nō fremat & insaniat cum reliquo impio mundo contra dominum & Christum eius, sed se ab eo erudiri regiq; patiatur. Suntq; eiusmodi heroes amplissimis laudibus longe dignissimi: sed quod suis uirtutibus digna præmia in scelerato hoc mundo non accipiunt, præcipua causa est, quod eos hic oportet crucifixo Christo conformes fieri, ut in altera uita cum eodem corregnent & triumphent.

Perge igitur tu Princeps Illustrissime agnitam Euageliū Christi ueritatem constanter contra furores & impietates Antichristi eiusq; spiritualium confiteri, non tantum, ut ille apud Homerum inquit, ἵνα τίσ σὲ οὐδὲ δύτιγόνων εὖ εἴπῃ, sed multo magis, ut te Christus in extrema die sic εὖ εἴπῃ, Veni benedicte patris mei in regnum cœlestē, Quia tu me in meo Euangeliō , meis membris Propheti

phetis & auditoribus ab impijs spolia-
tum, incarceratum & nullis non modis
afflictum & vexatum benigne excepisti
& fonsisti.

Dominus Iesus regat suo Sanc-
to spiritu tuam clementiam me & om-
nes suos Amen. Bene in domino ua-
le. Magdeb. Cal. Martij, Anno 1550.

ANTE ANNOS 1130. CELE-
bratum est Concilium Carthagi-
ne, cui ducenti & decem & septem
Episcopi, ac inter alios Augustinus quo-
q; interfuerunt. Ab ea Synodo peti-
Papa per legatos & literas, ut liceret Sa-
cerdotibus illinc ad se appellare, item ut
ipse possit presbyterum a latere eo mit-
tere, qui de controvierijs cognoscatur, sibi
q; referat. Ac omnino iurisdictionem
supra Aphricanas Ecclesias sibi concedi
holuit. Id ut sibi deberi probaret, affir-
mavit a Nicena synodo sic decretum
esse. Atq; ita crimen falsi patravit.

Ad eam petitionem primū respon-
dit Synodus Aphricana, cum alia que-
dam,

dam, tum etiam, quod nihil tale in usi-
tatis decretorum Nicenæ Synodi exem-
plaribus legatur. Quare petierunt rem
differri, quoad autentica exemplaria
Constantinopoli, Antiochia, & Alexan-
dria peterentur. Allatis inde exemplari-
bus uanitas Papæ deprehensa & refutata
est. Quare in posteriori responso pia ac
graui epistola penitus Papæ petitionem
negarunt, affirmauerunt nihil tale in au-
tenticis exemplaribus, quale ipse citat,
inueniri, nec iustum esse alias Ecclesias
Papæ subiecti, cum & illis Christus sua
gratia adsit. Sed adscribam locum ex
epistola Synodi.

Decreta Nicena inferioris gradus cle-
ricos, siue ipsos Episcopos suis Metro-
politanis apertissime cōmiserunt, pru-
dentissime enim iustissimeq; uiderunt,
quæcunq; negotia in suis locis, ubi orta
sunt, finienda. Næc unicuiq; prouinciæ
gratiam Spiritus Sancti defuturam, qua
æquitas a Christi sacerdotibus & pru-
denter uideatur, & constantissime tene-
atur. Maxime, quia unicuiq; concessum
est, si iudicio offensus fuerit cognitorum,
ad concilia suæ prouinciæ, uel etiam uni-
uersale

uersale prouocare, Nisi forte quisquā est,
qui credat, unicilibet (scilicet Papæ)
posse Deum nostrum examinis inspirare
iustitiam, & innumerabilibus congrega-
tis in concilium sacerdotibus denega-
re. Aut quomodo transmarinum iudici-
um ratum erit ad quod testium necessa-
riæ personæ uel propter sexum, uel prop-
ter senectutis infirmitatem, uel etiam
multis alijs incurribus impedimen-
tis, adduci non poterunt. Nam ut aliqui
tanquam a tuæ sanctitatis latere, mittâ-
tur, nulla inuenimus Patrum Synodo
constitutum. Quia illud quod pridem
per eundem Episcopum nostrum Faus-
tinum, tanquam ex parte Nyctenii con-
cilij ex inde transmisisti, in cōcilijs ueri-
oribus, quæ accipiuntur a sancto Cyril-
lo coepiscopo nostro Alexandrinæ Ec-
clesiæ, & a uenerabili Attico Constanti-
nopolitano antistite ex Authētico mis-
sis, quæ etiam ante hoc per Innocenti-
um presbyterum, & Marcellum subdia-
conum, per quos ad nos ab eis directa
sunt, uenerabilis memoriae Bonifacio
præcessori uestro, a nobis transmissa sunt,
in quibus tale aliquid non potuimus re-
perire.

perire. Exequutores etiā uestros quibusque
potentibus nolite mittere. Nolite con-
cedere, ut sumosum typum seculi in Ec-
cleiam Christi, (quae lucem simplicita-
tis, & humilitatis diem, Deū uidere cu-
pientibus pr̄fert) uideamur inducere.
Hactenus Synodus.

Magnum scelus, idque non imme-
rito, existimatur esse crimen falsi, etiam
cum a quoquis tantum in profanis cau-
sis coram uno iudice admittitur: Cogi-
ta igitur pie Lector, quam pr̄clarum
facinus fuerit, cū id Papa, scilicet, si dījs
placet, Vicarius Christi, in rebus Eccle-
siasticis, idque ad tantam Synodum scri-
bendo, patrauerit: Atque ita unico men-
dacio, tam multas Ecclesias, & Episco-
pos suæ tyrannidi subiçere uoluerit:
Cogita etiam, si iam ante 1130, annos
tales ambitiosi, iniusti, fallatores libro-
rum, & Synodorum Papæ fuerint, quā-
tum nobis, crescente subinde eoru*mali*
tia, impietatis & iniustiæ per sua de-
creta, & decretales, & extra iustitiam ua-
gantes nugas, centones, tam uarias san-
ctiones & Bullas, & mille occultas pra-
eticas

eticas in Ecclesiam inuehere. Ut admo-
dum paruæ autoritatis esse p̄ijs debe-
ant cōmentitia Donatio Constantini &
similia multa, quorū quædam (haud du-
bie adulterina) etiam ex nō malis auto-
ribus, uel pro tyrannide, uel pro impie-
tate pontificia stabilienda nunc citan-
tur. Talis est etiam illa prolixa Episto-
la Clementis ad Iacobum Iustum fratre
Domini Hierosolimorum Episcopum,
de Morte Petri deq; sui substitutione,
multisq; alijs parum sanis, & quædam
aliæ. Constat enim ex Platyna, & alijs
Historicis, Iacobum, fratrem Domini,
cognomento Iustum, Anno >. Neronis
interfectum, septem annis ante mortem
Petri, qui 14. Neronis occisus est. O Pa-
pistas, mendaces parum memores. Eius-
dem farinæ sunt & Apost. Canones.

Atq; omnium istorum, ut ea prædi-
ctum concilium appellat, fumorū,
quos impia Papæ fraus & uiolentia in
Ecclesiam inuexit, Spiritus S. & Ecclesia,
secundum impudentem uanitatem no-
strorū papistarum, autor & inuentrix es-
se cogitur. Iam nullis non modis pro-
nouo Papa creando inter potentes con-
seditur,

tenditur, dum unusquisq; monarcha
eum creari cupit, qui potentiae & cupi-
ditatibus suis magis seruire paratus sit.
Quocunq; demum modo alterutra Pars
alteram uicerit, & quicunq; demum il-
lam triplicem coronam susceperit, quā-
tumuis impius & sceleratus, nullum
tamen erit dubium, quin Spiritus San-
ctus illum bonum uirum Ecclesiæ Chri-
sti præfecerit, itaq; eum totum occupa-
uerit, ut errare plane non possit. Nam
secundum canonistarum dictum, Sedes
Apostolorum uel recipit, uel facit San-
tos. Hoc, qui nō credit, Hæreticus est.

Sic sane iam amplius 1000 añis ac-
titatum est. Nam propemodum ante
1200 annos Damasus Papa non tan-
tum suffragijs, sed & cruentis armis
contra Vrsinum, papatum obtinuit.
Sicq; uel per uim, uel per pecuniam, uel
per uarias fraudes sanctissimi isti Semidij
illam sacrosanctam Sedem conscende-
gunt.

Talibus igitur artibus cum tam lon-
go tempore Romanus Antichristus in-
struclus fuerit, ac simplicitatem Eccle-

sia, oppugnauerit, non est mirum (præ-
sertim conniuente Deo ob nostra pecca-
ta ut a Daniele iam olim prædictum
fuit) eum adeo in Ecclesia Christi cre-
uisse, & omnium etiam ipsa corda sibi
subiecisse, ut iam ab ipso Deo, ueluti
propria manu in eam sedem collocatus
esse uideretur.

Hic Antichristum Dominus Iesu
in templo Dei sedentem, ac ibi omnia
sacra uidentem & profanantem, ex
temploq; Dei meram latronum spelun-
cam facientem, flagello uerbi sui nunc
eicit. Quem quoniam multi restitutum
cupiunt, eiq; non pauci ianuas & fenes-
tras patefaciunt, asperaq; uiarum com-
planant, oportet nos, quantumuis pu-
sillos infantes & lactentes excipiendo re-
gem nostrum, Dominum Iesum filium
Dauid, eiusq; regnum lætis acclamatio-
nibus celebrando, infernalem istum lu-
pum a grege Domini absterre & fuga-
re. Dominus Iesus nouit, per balbutiem
infantium & lactentium suam potenti-
am augere & stabilire. Per talem imbe-
cillitatem uirtus eius potissimum cres-
cere augeriq; solet. Hanc igitur ob cau-
sam

sam cum uetus quoddam scriptum cōtra Papam ædere, tum & nostra quædam similis argumenti adiūcere uolui.

Nostra hæc in tria potissimum capita diuisa erunt. In primo, Christo iuuante probabo, Petrum non habuisse primatū in Ecclesia Christi, aut ius aliquod supra alios Apostolos, multo minus utrumq; gladium super orbem terrarū. In Secundo probabo, quod etiamsi maxime habuisset primatum Petrus, tamen Papa propterea nō haberet. In postremo probabo, nec possibile esse, nec etiam utile Ecclesiæ, ut sit unus aliquis uniuersalis Episcopus.

Quod igitur Petrus non habuerit primatum in Ecclesia, nec fuerit uniuersalis Ecclesiæ episcopus, his sequentibus rationibus probo. Prima. Quia Paulus aliquoties in epistola ad Galatas clare testatur, se quidem esse Apostolum gentium, Petrum uero Iudeorum, eiusq; Apostolatum inter incircumcisos esse. Verba eius cap. 2, hæc sunt. Cognoscentes quod mihi sit concreditum Euangelium præputij, sicut Petro circumcisionis: Nam qui in Petro efficax fuit ad Aposto-

latum circumcisionis, efficax fuit & in
me erga gentes. Hic clare dicit, diuinitus
sibi mandatum ministerium prædicatio-
nis Euangeli inter gentes, Petro uero
inter Iudeos, & se esse Apostolum gen-
tium, Petrum uero Iudeorum.

Hinc quoq; licet animaduertere,
quam late illa indefinita, Ioannis ulti-
mo, Petre pasce oves meas, extendatur.
Nam certe omnes oves Christi Petrum
pascere, plane impossibile fuit. Paulo
post, Iacobus cephas & Ioannes, qui ui-
debantur esse columnæ, dextras dederūt
mihi ac Barnabæ societatis, ut nos in
Gentes, ipsi uero in Circumcisionem a-
postolatu fungerentur. Hic etiam sanc-
tissima pactio dexterarum intercedit, ut
alter sit Iudeorū, alter Gentiliū aposto-
lus. Hæc profecto clarissime, ac sine om-
ni ambiguitate ostendunt, Petrum non
esse sumnum Episcopū in tota Ecclesia.
Nam si Christus eum uniuersalem Apos-
tolum supra omnes gentes constituisset,
obsecro quomodo uel ipsem, uel Pau-
lus, ausus fuisset eius functionem coar-
tare, idq; tam sancto pacto! Sed superius
clare testatus est Paulus, Petro diuinitus

cas

eās metas circumscriptas, ut sit circumscriptorum Apostolus. Ita ex his locis Pauli animaduertimus, Petru diuino & humano iure particularem, & non uniuersalem Episcopum constitutum. Nec hoc ius, hancq; functionū distinctionem irritam facit, quod aliquando per occasionem & Paulus Iudeis & Petrus Gentibus est concionatus. De iure enim hic, non de facto disputamus.

Iam, si Petrus est Iudaeorum Apostolus non gentilium, quid ad nos eius Apostolatus, qui ex Ethnicis conuersi sumus? Multo uero minus Papa, etiam si esset successor eius, haberet ius super Ecclesiās ex ethnicis conuersas. His adde, quod & in Ecclesiasticis cantilenis Paulus, nō Petrus, apostolus Gentium canitur. Non habuit igitur Petrus primatum super omnes Ecclesiās, nec utrumq; gladium, multo minus Papa habet, qui se eius successorem mentitur.

Secunda. Quia Christus aliquoties cōtendentibus Apostolis de primatu, negauit eos debere imperare & regnare. Inquit enim Reges gentium dominantur eis, uos autem nō sic. Nec tantū eos

non uult donati, sed etiam uult eos seruire & subiectos esse, cum inquit, Qui uult esse maximus, sit minimus. Et quidem proponit se eis pro exemplo, qui uenerit in terrā, non, ut alij ei seruiant, sed ut ipse alijs ministret, idqz summa & durissima seruitute, ac negat plane se esse constitutum iudicem.

Consonat huic sententiae & Pauli doctrina I. Corin:3. & 4. Qui dicit, Petrum & Paulum & omnes Apostolos esse Ecclesiae & non esse Ecclesiam ipsorum, eos esse tantum ministros quosdam Euangelij Christi, per quorū predicationem homines ad Christum converuntur. Sic & Petrus docet in primae capite §. nō dominantes, sed forma facti gregis. Non constituit igitur Christus Petrum dominum super Ecclesiam & omnes Christianos, multo minus Antichristū Romanū, cui omnes Christiani sub pena amissionis æternæ salutis obedire cogantur.

Tertia. Quia Petrus haud dubie functione, sibi a Christo mandata, uere & integre functus est. Fuit enim fidelis ac bonus Christi minister, ac sincere oues

re oues Christi pauit. Iam constat eum
neq; uoluisse dominari Apostolis & cle-
ro, sed se cæteris presbyteris exæquasse,
multo minus gladiū & politicā functi-
onē sibi usurpasse, ac reges & cæsares sibi
subiectos (ut Papa facit) cōtendisse, quin
potius mandasse Christianis omnibus,
ut sint suis magistratibus subiecti. 1. Pet. 2.

Si igitur Petrus integre sua functi-
one functus est, neq; tamen uel superiori-
tatem sup Apostolos usurpauit, uel po-
liticam gubernationem sibi rapuit, se-
quitur necessario, quod illa non perti-
nuerint ad Petri officium. Multo ergo
minus iste personatus Petri successor
istam potestatem sibi arrogare debet, &
utrumq; gladiū, tanquam latro rapere.

Quarta. Quia si Petrus habuis-
set a Christo primatum, nunquam pro-
fecto Paulus ita se ei exæquasset, ut facit
in Galatis & Corinthijs. Non fuit ea
ambitio in Paulo, ut dignitatem diuini-
tus alteri collatam imminuere, ut ipse
crescat, uoluisset.

Quinta. Papa contendit de neces-
sitate salutis esse, credere, quod ipse ha-
beat supremam dignitatem super om-

nes Ecclesiasticos & Politicos magistrus. Iam non est dubium, quin, cum Apostolus Paulus tam multa etiam de infinitis virtutibus ac personis in Ecclesia doceat, haud dubie & de Papatu aliquid docuisset, si esset tam necessaria res ad salutem, quam eam Antichristus esse contendit. Certe cum toties de sua, Petri, aliorumque Apostolorum uocatione dicerat, necessario aliquando & de Petri primatu aliquid dixisset, si tunc Petri primatus in rerum natura fuisset?

VI Actorum 8. scriptum est, quod Apostoli miserint Iohannem & Petrum in Samariam. Non mittit inferior superiorum, sed contra? Quare sequitur, Petrum non fuisse super omnes Apostolos Dominum, sed singulis Apostolis aequalis, toto autem concilio inferiore. Nec ualet sophisma Ekij, Senatus solet mittere praecipuos ex suo numero. Nam certe nullus Senatus mittit suum principem, regem aut cesarem.

VII Septima. Illud uero imprimis obseruandum est, quod, postquam Christus dixerat ad Petrum, tu es Petrus &c. (ubi Papist e Petro primatum datum contendunt)

dunt) s^epius orta est inter Apostolos dubitatio & contentio de primatu, quis nam primus inter eos esse in posterum debeat, ut semel Lucæ. 22 iam in ultima cœna. Quæ profecto dubitatio & contentio orta non fuisset, si Christus semel unum reliquis omnibus præfecisset. Adhuc & Christus eis respōdisset, se iam unum Petrum semel cæteris præposuisse, ei reliquos omnes obtemperare debere, nec de re a se penitus conclusa adhuc litigare.

Verum ille ibidem Lucæ. 22, contrarium respōdet, neminem illorum debere alteri præferri, uerum omnes sibi mutuo, ac omnibus alijs Christianis, prompte seruire. Sed adscribam & uerba Euangelistæ. Orta est autem & contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior: Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habent in eas benefici uocantur. Vos autem nō sic. Sed qui maior est inter uos, fiat æqualis iuniori, & qui princeps est, æqualis ministranti. Nam uter maior est, qui accūbit, an qui ministrat? Nonne qui accūbit? At ego in medio uestīū sum, ut qui ministrat

B 5

Hinc

Hinc igitur manifeste apparet, tum
Petro ante passionem non fuisse datum
primatum, tum etiam Christum plane
noluisse constitui superioritatem inter
Apostolos, & penitus istam Antichristi
ambitionem damnasse.

VIII. Christus dicit ad discipulos:
Sicut me misit pater, ita & ego mitto
uos. Certo certius est, Christum nō mis-
sum a patre, ut constituat regna ac po-
litias, nec habuisse gladium politicum.
Negat enim suum regnum esse de hoc
mundo, aut se hic cōstitutum iudicem.
Igitur nec ullus Apostolorum, aut Chri-
sti uicarius debet sibi quicquā tale usur-
pare, quod ipsi Christo a patre deman-
datum non fuit.

IX. Postrema. Quod attinet ad lo-
cum Matth. 16. Tu es Petrus, & super
hanc Petram &c. Haud dubie uerissima
est interpretatio Pauli, Augustini in mul-
tis locis, Hieronymi Lirani super hunc
locum, & Esaiæ ac ipsius Petri, qui di-
cunt, Petra erat Christus. Supra Chri-
stum enim, qui est firma Petra, non su-
pra Petrum ædificata est Ecclesia, qui
etiam post Ascensionem Christi pernici-
ose

ose nutauit, & eodem 16. Matth, pau-
lo post, Satanus appellatus sit. Non
potest aliud fundamentum ædificij Ec-
clesiae poni, teste Spiritu S. præter Chri-
stum. Quid igitur nobis Seductores isti
suos Antichristos substituunt pro fun-
damento Ecclesiæ, in locum Christi? Illi
ne se quidem, suamq; domum pie re-
gunt, quomodo igitur illi Ecclesiam Dei
pie administrabunt? Locum Lyræ ad-
scribam. Et super hanc Petram, i. Chri-
stum. Et paulo post, ex quo patet, quod
Ecclesia non consistit in hominibus, ra-
tione potestatis, uel dignitatis Ecclesi-
asticæ, uel secularis. Quia multi prin-
cipes, & summi pontifices, & alij inferi-
ores inuenti sunt apostatae a fide, prop-
ter quod Ecclesia consistit in illis perso-
nis, in quibus est notitia uera & confes-
sio fidei & ueritatis. Hactenus lyra. Quod
porro sequitur eodem loci, Tibi dabo
claves, recte patres explicant, quod ad
Petrum sermo dirigatur, tanquam om-
nium Apostolorum personam gerentē.
quod etiam ex eo apparet, quod ius cla-
vium hic promissum, Ioannis 20, omni-
bus Apostolis ex æquo datur.

Hactenus

Hactenus de prima propositione, quod scilicet Petrus non habuerit super alios Apostolos, & super omnes Ecclesias primatum. Iam Deo uolente ostendam, quod, ut maxime Petrus habuisset primatum, tamen non propterea Papa haberet. Quod itidem aliquot argumentis probabo.

I Nam si maxime laus aliqua & quasi prærogativa Petro Matth: 16. data fuisset, contigisset ei id ob illam eximiam fidem & confessionem, quam ibi Petrus fecit. Quid autem hoc ad impium & impurum Papam? Ego sane non video, quænam ratio consequentia sit. Fortassis Petrus Romæ necatus est. Igitur scele-ratus quispiam nebulo ibidem suam Tyrannidem & turpissimas libidines exercens, est idem quod Petrus. Vbi obsecro habent papistæ testimoniū uerbi diuinii quod pôtifices erunt idem, quod Petrus?

II Non constat plane Petrum fuisse Romæ. Nâ quod Papistæ scribunt, Petri Romæ 25. annis docuisse, cù usq; ad 18. Ierosolymis docuerit. Item in Ponto, ut aliqui tradunt 5. annis fuerit, & Antiochiae >, ad hæc etiam cum Babylone scripsiterit suam Epistolam, pro palâ falsum

sum est: inde enim efficeretur, ut longe
ultra Neronis mortem uixisset, a quo ta-
men interfactus dicitur. Hæc itidem pro-
palam pugnare animaduertuntur, quod
Papistæ dicunt, Petrum 18. anno Roma
Hierosolymam ad cōcilium profectum,
et Paulus Galatæ 2. scribit, data manu tūc
inter eos constitutum, ut Petrus Iudæis,
Paulus uero ethnicis prædicaret. Qui e-
nim ausus fuisset tam sancto fœdere Pe-
trus, se tantum ad Iudæos auditores al-
ligare, cū sciret Romæ oportere se eth-
nicoſ potissimum conuertere?

III Sed etiam si constaret eum Ro-
mæ docuisse, ac per locum successio ua-
lere deberet, cur is, qui Hierosolymis se-
det, ubi & Christus docuit, non habet
eandem authoritatē quā Christus? Aut
cur non esset Petri successor: cum cōstet
ibi Petrum longo tempore docuisse.
Cur item Antiochenus Patriarcha non
habet ius Petri: cum ibi Petrus amplius
20 annos docuerit, & ea quoq; sedes
Apostolica a ueteribus appelletur. Cur
item nullus Ponticus Episcopus, aut
Babylonius eius successor dicitur,
cum & in illis locis docuerit? Non
video

uideo sane, quæ sit causa, cur Papa sit
eius successor potius, quam illi Episcopi
& Patriarchæ.

III. Verum nusquam in scripturis pro-
mittitur idem ius, uel ea laus posteris
Petri. Christus dicit quidem, se orasse
pro Petro, sed non dicit se orasse pro Pa-
pis, ne deficiat eorum fides, Quorum
plusquam epicurea uita indicat, eos ni-
hil minus, quam Deum, æternam uitam
& resurrectionem credere. Moysi Deus
eximium testimonium præbet, quod sit
fidelis in tota domo Domini, num au-
tent & eius successores ei similes fuerunt
aut perinde leges sacrorum populo fer-
re debuerunt : Samuel & Daniel sunt
magni uiri & amplis laudibus in scrip-
turis a Deo ornantur. At eorum suc-
cessores eis nullo modo similes fuerunt.
Spiritus spirat, ubi uult, reuelat Deus ea
pastoribus & piscatoribus, & pusillo ac
contempto gregi suo, quæ non reuelat
summis ac ordinarijs sacerdotibus &
gubernatoribus.

V. Primi patres primatum nulli Epis-
copo dare uoluerunt, ut superius citauis
synodum Africanam. Ex eo clarissime
apparatus

apparet, esse nouum mendaciū, Papam
iure diuino primatum habere, quod Pa-
pa petens ab Africana Synodo subiecti-
onem, nō diuinum, sed humanum tan-
tum ius citauerit. Profecto enim, si di-
uino iure eam dignitatem se nancisci
posse sperasset, id potius, quam huma-
num citasset. Item Nicæna Synodus sta-
tuit, ut Episcopus Romanus tantum
suburbanarum Ecclesiarum curam ha-
beret, alij uero aliarum. Hieronymus ad
Euagrium dicit, omnium Episcoporum
esse eandem proris potestatem, uide
eius epist. ad Euagr. Item Gregorius Pa-
pa in registro multum disputat, nemine
debere esse uniuersalem Episcopū, Mag-
nis conuicjjs hunc titulum infestatur,
dicit esse nouum, stultum, superbū, per-
uersum, scelestum, prophanum, in quod
consentire idem ait esse, quod Fidem
abnegare. Dicit hoc factum, si quis se
supra cæteros Episcopos offerre uelit,
consumillimum esse facto diaboli, qui
non fuerit contentus, se cæteris An-
gelis æqualem esse, eamq; collationem
prolixe in pluribus Epistolis tractat. Sæ-
pius repetit, id pugnare cum Euan-
gelio

gelio & omnibus canonibus. Negat suos
præcessores, uel alios Episcopos, unquā
eam potestatem sibi usurpasse. & affil-
mat, eum, qui sibi id nomen usurpau-
rit, fore præcursorēm Antichristi. Au-
gustinus quoq; libro 3. de Baptismo cō-
tra Donatis: cap.3. recitat hæc Cypriani
uerba. Neq; enim quisquam nostrum se
Episcopum Episcoporum constituit, aut
tyrannico more ad obsequiūdī necessi-
tatem collegas suos adigit. Sed breuita-
tis gratia nolo plura ex Patribus & Cō-
cilij testimonia recitare. Ex his enim fa-
cile animaduerti potest, quod Episcopus
Romanus antiquitus nondum hanc ty-
rannidis suæ arcem occupauerat, quam
jam maximo malo Ecclesiæ tenet.

VI Ecclesia Christi late ac longe per
orbem terrarum sparsa est, quæ profecto
non est subiecta Papæ. Imo non dubito,
in ihs etiam locis Ecclesiam esse, ubi pla-
ne ignoretur ista nostri orbis calamitas,
Antichristus. Quin ne Græcæ quidem
Ecclesiæ, Asiaticæ, Rutenicæ, Moscouiti-
cæ, & aliæ, quæ uicinæ sunt, etiam hodi-
erna die, Papam audiunt. Num igitur
obsecro propterea non sunt Christi Ec-
clesiæ

clesiæ, quia Papæ pedes non osculan-
tur: Non opinor etiam ipsos Papisti-
cos pseudoprophetas tam uesanos,
& impudentes esse, ut hoc affirmare au-
sint.

VII. Si petrus paulo post, quam
audit, Tu es Petrus, ubi Papistæ dicunt
eum constitutum esse supremum, quia
amicè quædam parum pia Christo sua-
debat, appellatur a Domino Satā. Quan-
to magis Papæ, ut maxime Petri ius
obtinere deberent, tamen Petri esse desi-
nerent, & fierent Satanæ coram Deo,
Qui iam amplius per 1000. annos tan-
ta scelera patrarunt, & tam horribi-
les idolatrias aut excogitauerunt, aut
certe confirmarunt, ac iam insuper ag-
nitam religionis Christi puritatem &
ueritatem adeo furiose persequuntur:

Ita profecto se iam per annos 1000.
gesserunt Papæ, ut si antea summorum
angelorum ius habuissent, tamen ob
suas horribiles idolatrias & impietates
in diabolos uersi fuissent, Reiecit Deus
a se ipso institutos sacerdotes & electum

C popu-

populum ob falsam doctrinam, & istos
propria temeritate exortos sacrificulos,
tam turpibus flagitijs contaminatos,
tam horribilium idolatriaz⁹ authores,
tam crudeles cœlestis ueritatis persequu-
tores pro suis dilectis filijs exoscularerunt

Huc referas omnia ea, quibus hoc
tempore uerissime probatur, quod Pa-
pa sit Antichristus, quæ tum a Luther⁹,
alijq⁹ doctis prolixè explicata sunt,
tum & a me nuper in libello De clarissi-
mis notis breuiter comprehensa. Si enim
Papa est Antichristus, tum sane necessa-
rio sequitur, quod nec sit Christi uica-
rius, nec Ecclesiæ præesse debeat, nec
quisquam ei pie obedire possit.

VIII. Adhæc nec rite eliguntur Papæ,
ut ne Romani quidem pontificis iura
obtinere possint. Nam ut taceam, quod
uetustissima ac receptissima consuetu-
do fuit, cuius & Acto. 9. mentio fit, ut
cum alij Episcopi, tum & Romanus a
plebe & clero communibus suffragijs
eligeretur, item ut ab imperatore con-
firmaretur, quæ iam omnia abolita &
mutata sunt, soliq⁹ cardinales, quem uo-
lunt, eligunt. Illud tantum moneo, esse
distinctas

distinct: 2: cā. Si quis. Quod si quis
Papa eligatur pecunia uel gratia huma-
na, is non Apostolicus sed Apostaticus
habendus sit. Notum autem est ex hi-
storij, & totius Romanæ curiæ mori-
bus, iam multis seculis Papas non ob-
insignem eorum eruditionem, probita-
tem ac pietatem electos, sed tantum uel
per largitōes, ac humanos fauores, uel p-
fraudes aliquas, uel etiam per uiolenti-
am. Ut de pleriq; Antichristis iam lon-
go tempore id dici possit, quod de quo
dam dicitur. Intrauit, ut uulps, Regna-
uit, ut leo, Mortuus est, ut canis. Sunt
igitur fuerūtq; isti lupi Romani, iam lō-
go tempore nō Episcopi Romani mul-
to minus Petri, sed meri Apostatici &
Antichristi.

Hactenus iuuāte Christo probauī,
neq; Petrum habuisse primatum super
Apostolos, & omnes Ecclesias, neq; eti-
amsi Petrus habuisset, propterea Papam
habere. Deinceps aliquot rationibus
probabo, quod nō expediret unum ho-
minē toti Ecclesiæ præfici, etiā probū.

Prima. Quia Ecclesia est, quod cō-
stat, per orbem terrarum dispersa, iuxta

illud, usq; ad fines orbis terrarum sonus
eorum. Impossibile autem est, unum
hominem (etiam si donis Petri aut Pau-
lum superaret) causas, controvierias, dis-
fidia, scismata & haereses, quæ in omni-
bus finibus orbis terrarum exoriuntur,
cognoscere. Quam cito obsecro uel literas
tæ tantum ab extrema India Romæ usq;
perferrentur, & eo responsum per tam
longa maris terrarumq; spacia, perq; tâ-
uaria aquarum, tempestatum, fumarum &
latronum pericula.

Impossibile etiam esset, eum tantâ
mole uarietatis & magnitudinis nego-
tiorum dijudicare. Impossibile item ex-
equi. Plane impossibile est unquam uel
literas tantum ex omnibus orbis terra-
rum partibus in unum aliquem locum
afferri, nec dicam mature afferri. Eademq;
difficultas in rescribendo, seu remitten-
do responso esset.

Non nimis magnam orbis terra-
rum partem rexit Papa, & tamen quam
multæ causæ uel penitus indiscutæ, uel
certæ nō satis recte discussæ tantum ideo
sunt, quia aut non potuit altera pars
alteram appellantem usq; Romam sec-
tari.

tari. Aut non potuit satis exacta cognitio haberi circumstantiarum negotiis, ex tam longinquis locis, in quibus litis causa orta est. Rechte monent patres in citato a principio textu Concilij, non posse testes, qui ad cognitionem necessarij sunt, ex tam longinquis locis Româ usq; propter uarias circumstantias adduci.

Adhæc etiam, si longinquitas nihil difficultatis afferret, tamen tantæ multitudini maximorum negotiorum unus homo plane sufficere non posset: Ut maxime concederemus hoc Papistis, quod quicquid Papa dijudicat, sit id plane coeleste oraculum. Quare & ho- dierna die Papæ ferme, tantum uolup- tatus uacant, negotia uero Arpijs illis Curtisanis committuntur. Qui, (ut experientia omnes uel inuitos & flen- tes docuit & docet) tantum eo inten- ti sunt, quinam quamplurimum rapere, & orbem terrarum expilare & deglubere possint.

II. Secunda. Quia impossibile est, hominem, etiam uere piu[m], in tan- ta potentia & opibus corrumpi &

insolescere, quod exempla Davidis, ho-
minis secundū cor Dei, item Salomo-
nis Deo dilecti & mortalium sapientis-
simi, indicant. Quare deprecatur Salo-
mō opes, ne forte inquit saturer, ac de-
ficiam,, & dicam, quis est Dominus: at-
q; ob hanc causam uoluit Deus, ne po-
liticos quidem sui populi gubernatores
sibi opes ac potentia augere, ut in mul-
tis locis prohibet, ne multiplicent equos,
currus, & pecunias.

Sed non est necesse nos multum di-
uinare Papas futuros fuisse insolentes,
si diuinitus toti orbi terrarum præposi-
ti fuissent. Ipsimet enim id admodum
pulchre nobis suarum actionum experi-
entia cōfirmarūt, cum quidem tantum
parti cuidam orbis imperarent. Primū
enim, ubi uiderunt, se stulta Regum &
populorum deuotione uel superstitione
potius abuti & crescere posse, cooperunt
id malis artibus, id est, iniustis decretis,
impijs indulgentiarum, & olsium, ue-
stiumq; cultibus, item uarijs titulorum,
& priuilegiorum donationibus astute
quærere.

Deinde, cum id uiderunt succede-
re, adeo

re adeo insolentes facti sunt, ut quosuis
reges, sibi in aliquo quantumuis iusto
resistētes excommunicare, subditorum,
obedientia resciso obligationis iuramen-
to priuare, eis bella mouere ueriti nō fu-
erint, atq; ita innumera ciuilia inter Chri-
stianos bella mouerint, Christianorūq;
sanguine orbē terrarū cōtaminauerint.

Deniq; tandem eosq; eorum di-
abolica insolentia progressa est, ut Chri-
sti decreta rescindere ausi sint, Reges &
Cæsares in sua uerba iurare, sibiq; inau-
dita superbia pedes osculari coegerint,
eorumq; ceruices calcare uoluerint. Vi-
demus iam Papas plane neglecta cura
doctrinæ Euangeliū tantum mundana
curare, in eisq; occupari, quæ eorū opes,
potentiam, & dignitatem augere pos-
sunt. Quare cum plane impossibile sit
unum hominem in tantam potentiam
elatum, ut scilicet ipse habeat ius utri-
usq; gladij per uniuersum orbem terra-
rum, non insolescere, & corrumpi, non
esset utile pietati, unū hominem omni-
bus per orbem terrarū Ecclesijs præfici.
III. Quia Christus ipse uult regere Ec-
clesiam, uult nobiscum esse usq; in fi-

nem sœculi & prope adesse omnibus invocantibus eum: Non relinquit nos orphanos. Dat nobis instituta, quæ, teste psalmo, sunt nobis consiliariorum uitæ. Mittit etiam in corda suorum spiritum S., qui eis est concionator, & uerus Christi in Ecclesia uicarius, is & omnes simul & singulos docet, consolatur, gemit pro eis coram Deo, & plane ad omne bonum opus, omnemque ueritatem instituit, præcipue ad preicationem. Clamat enim ad Deum in cordibus piorum, Abba pater.

III. Objiciat aliquis, At hic in terris oportet habere Ecclesiam uisibile caput, etiamsi Christus adsit inuisibiliter. Respondeo non esse necesse, Quia Christus etiam inuisibilis tam bene Ecclesiæ suæ adest, ac si adesset uisibilis, ipse enim certe pollicetur, quod ubi duo in nomine eius conuenerint, ipse sit adsuturus, & quidquid petierint, sit eis daturus.

Legimus in sacris literis, quam ægretulerit Deus olim populum Israeliticum sibi regem præfecisse. Dicit enim, eos se repudiasse, ne supra eos regnet, & reuera ita erat. Dum enim in suos uisibiles

sibiles reges, eorum potentiam & sapientiam respiciebant, omnipotentis Dei obliuiscabantur. Sic plane & nobis accidit in Papatu. Dum enim inanem pompam & splendorem, uanissimasq; bullas, indulgentias, & tam multipli-
ces sanctitates gemmei Papæ respiciebamus, facile pauperis, absentisq; (ut tunc opinabamur) Christi obliuiscbamur. Longe profecto plus remissionem peccatorum, & regnum cœlorum a Papa, quam a Christo quæsiuimus.

V. Quia longe aliter Deus Ecclesiam regit, quam politiæ reguntur. Regit enim eam non humana sapientia, sed uerbo & Spiritu S. qui spirat ubi uult. Plerumq; Deus, præteritis ordinarijs, magni q; nominis gubernatoribus, excitat aliquos Piscatores, Pastores, aut aliqui uilis conditionis homines, ut Apostolos, Mosen, Amos, Dauidem. Atq; ita de stercore erigit pauperes aliquos, eos suo Spiritu alijsq; donis ornat, per os eorum loquitur, pios crudit, impios cōfutat & prosternit. Atq; ita impias doctrinas & superstitiones abolet, lucem Euangeliū illustrat, Ecclesiamq; instaurat.

C 5

Tales

Tales eximij uiri ingentibus do-
nis diuinitus ornati, sunt ueluti superi-
ores quidam Episcopi super alios mini-
stros in Ecclesia. Quos pleriq; pīj audi-
unt, seq; eis subiectiunt, Non quia sint in
aliquo superiori gradu, sed quia omnes
animaduertunt, eos majoribus donis a
Deo ornatos, sentiuntq; Spiritum Pa-
tris per os eorum loquentem, cui om-
nes pīj in timore Dei ultro cedunt.

Tales, ut ita dicam, Papæ subinde
aliqui sunt in Ecclesia, fuerunt olim
tales, non tantū uiri infimæ cōditionis,
sed etiam mulieres Prophetæ facti, Tales
fuerunt inter Apostolus Iacobus, Ioānes
& Petrus, quos Paulus columnas appelle-
bat. Imprimis uero ipse Paulus uas Dei
electissimum, qui plus omnibus alijs la-
borauit. Talis fuit Augustinus, Athana-
sius, & nostro tempore Lutherus, & alijs
uiri eruditione ac pietate præstantes. Ac
semper omnino sunt nō tantum in to-
ta Ecclesia, sed etiam in singulis Ecclesi-
olis alijs tanquam oculi & capita in cor-
pore, alijs uero tanquam manus & pe-
des, non humana uoluntate, sed quia
Deus ita uarijs donis suam Ecclesiā di-
stinguit

stinguit & ornat. Habent autem hanc
regulā illi ipsi maiores, ut si alteri mino-
ri reuelatū sit, maiores illi taceant. Qua-
re neq; necesse est, neq; utile, neq; pietati
consentaneum, esse aliquam supremam
personam, quæ omnes Ecclesiæ Christi
tam late ac longe dispersas regere debe-
at, ac insuper & politicum gladium sibi
uindicet.

Hactenus tres propositiones, quas
superius proposui, Christo iuuante pro-
bavi. Quarum prima est, quod Petrus
primatum non habuit, nec præesse cæ-
teris Apostolis iussus est, multo uero mi-
nus utrumq; gladium supra orbem ter-
rarum accepit. Secunda, quod etiam si
Petrus talem aliquam potestatem ha-
buisset, qualem Papistæ mentiuntur, ta-
men non propterea Papa eam haberet.
Postrema, quod neq; necesse sit, neq; uti-
le, neq; piuum, unum aliquem hominem
uniuersæ Ecclesiæ præfici, multo autem
minus, utrumq; ei gladium super orbem
terrarum tradi. Quæ cum uerissime &
firmissime non tantum a me, sed mul-
to magis a R. P. D. Martino Luthero
probata sint, omnes ex animo ueritatē
hanc,

hanc, qui Christum diligunt, amplecti
debent, & contraria Antichristi meida-
cia fugere & detestari. Sed inter omnia
alia argumenta nobis illud firmissimum
esse debet, quod uerissime & clarissime
hoc tempore probatum est, Papam do-
cere & defendere impiam doctrinam, &
esse ipsissimum Antichristum & Babilo-
niam meretricem in bestia equitantem.
Quicunq; ergo Christiani Dominum ui-
dere uolunt, & agnum Dei in regno cœ-
lesti comitari, illi uirgines permaneant,
sibi q; a pollutione huius abominabilis
scorti, cuius peccata iam usq; ad cœlum
pertigerunt, sedulo caueant, ne de eius
plagis accipient, & ac cum ea & bestia in
æternum ignem abiijciantur.

APPOSIVIMVS HIC QVANDAM
nostram regulam, quod ex ea multa
loca perperam a Papistis contra
nos citata solui possunt.

VNiuersalis persepe apud Hebreos
latius patere uidetur, quā præsen-
tis materiae natura postulat. Qua-
re specificatione quadam opus est, qua
appli-

applicetur uniuersalis ad præsens negotium. 1. Samu. 20. Et non est locutus Saul quicquam ea die, scilicet, de absencia Dauidis. Ibidem, & puer nesciuit quicquam, scilicet de negotio præsenti. 1. Sam. 25. Et non periret ex omnibus, quæ erant ei quicquam, scilicet, ex peccatis quæ erant apud Dauidem, & culpa Dauidis. 2. Sam. 15. Et non sciuerūt omnes uerbū, id est, quicquam eorum, quæ Absolomon contra patrem moliebatur. 1. Reg. 12. Et lapidauerunt eum omnes Israelitæ, scilicet, qui illic erant, ubi hoc accidit. Hæc priora exempla ideo obseruanda sunt, ut in sequentibus dictis contra papastis, non tantum sententiam, sed & uerba habeamus. Matth. 16. Quicquid ligaueritis in terris, erit ligatum in cœlis, & quicquid solueritis in terris, erit solutum in cœlis. Item Ioan. 20. Quorumcumque remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorumcumque retinueritis, retenta sunt, scilicet, agendo secundum meam uobis datam commissiōnem, & secundum meam doctrinam, prædicando Euangeliū &c. Matth. 25. In cathedra Moysi sedebunt Scribæ & Phari-

Pharisei. omnia ergo, quæcunq; iusserint, seruare seruare et facite, scilicet omnia ea, quæ cathedræ Mosi genuina sunt & nō accesserunt ex fermento pharisæorum, nam illa uehementer cauenda sunt, Marc. 9. Omnia sunt possibilia credenti, Ioan. 14. Quicquid Petieris in nomine meo, scilicet, licitum & secundum eius uoluntatem, ut alibi circumscribit. Ad Phil 4. Omnia possum in eo, qui me confortat, I. Cor. 13. Charitas omnia credit, omnia suffert, omnia sperat, omnia sustinet, scilicet credenda, ferenda & speranda. Similia exempla sunt passim in sacris literis obuia.

CONFUTA=

TIO PRIMATVS PAPAE,
ante annos centum a quodam
pio scripta.

SCIENTI bonum facere, & non facien-
ti, peccatum est illi, Iacobi 4. Vbi
glossa, magis peccant scientes, & nō
facientes, quam, si nescirent. Licet ipsa
boni ignorantia magnum sit peccatum,
cum scriptum sit, ignorans ignorabitur,
ignorantibus enim, tanquam uirgini-
bus fatuis Christus dicet, Nescio uos.
Hoc utiq; uerū est, de ignorantia affec-
tata, secundum glossam, ubi supra, scili-
cet, cum quis non uult nec scire, nec dis-
cere, cum possit. Neminem igitur ig-
norare decet, quæ sunt publica, nemoq;
excusatur in negligentia boni ignoran-
tiam prætendens saltem eorum, quæ
scire tenetur, multo minus scientiam
habens.

Damnabilis igitur scientia præla-
torum & doctorum, quam in opere ni-
hil boni sequitur, imo opere doctrinæ
repug-

repugnat, ut impugnationem ueritatis agnoscere, quae peccatum est in Spiritum S. Tales redarguat, & si non corrigat, damnabiliter inuoluat. Ex ijs Prælatis & doctòribus scientia præditis, eloquen-
tia fulgentibus, opere peruersis, & suæ scientiæ, uerius diuinæ, cōtradicentibus, constituuta est Ecclesia carnalis, quam Io-
annes, Apocalyp: 17. cap. Meretricem magnam, sedentem super aquas multas,
cum qua fornicati sunt reges terræ, &
inebriati sunt, qui inhabitant terram de-
uino prostitutionis eius, uocat.

Videamus statum præsentis Eccle-
siæ, cuius caput totum mundum humiliare satagens, imperium suppeditans,
offerens beneficia uenalia, uinum pro-
stitutionis huiusmodi quibusdam huic
capiti familiaribus, adhærentibus Eccle-
siasticis, dulce principibus & sacerdotali-
bus, primum quidem acerbum, sed as-
suefactione sophisticū propinat. Qui
quadam praua, non dico consuetudine,
sed corruptela inebriati, putant omnem
talem prostitutionem ex diuina institu-
tione ortam, quia sophistice ille ex cō-
missione ouium Apostolo facta, eius se
dicit

dicit Vicarium, imo a Christo plenitudinem potestatis se accepisse gloriatur.

Cuius cōtrarium ipse ex uerbis Christi sciens, tamen utique scientiæ contraueniens peccatum, quod scienti, & non facienti secundū uerba assumpta, est, usque quaque non erubuit, ac per hoc peccatū accumulans, totum mundum sibi subiicit. Et sic hæc meretrix sedet super aquas multas, id est, populos, secundū expositionem Angeli eodē capite. Sedet enim oligarchiæ totius mundi Dominij uerpans, mentiensque sibi, tanquā Christi Vicario, & Petri successori, a Domino plenitudinem potestatis esse collatā, ut ridicule uideri potest, Titulo de iure iuran: & de sent: & re, iudi: & nouissime in libello quodam Eugenij quarti, pleno erroribus, qui incipit, Deus nouit.

Hac usurpatione Potestatis in Ecclesiæ sanctæ discrimen, eccliaris & imperialis dignitatis præiudiciū, & totius mundi inquietudinem idcirco tantū inuauit, quia nemo doctorū ausus fuit cōtradicere, alijs tacentibus ob spem promotiōis ad beneficia, alijs ob metū p̄dendi iam adepta.

D

Liber.

Liberius fuit a multis annis de po-
testate Dei, quam Papæ, prædicare uel
disputare. Homines enim, uino, dictæ
meretricis, inebriati, dulcedine mulce-
brosa tacti, adulantes sacram scriptu-
ram exponunt, in confirmationem ex-
roris retorquentes.

Quod quia imperatores, reges, prin-
cipes, & communitates uel propter ig-
norantiam ex studijs & scientiarum in-
adsuetatione prouenientē, uel propter
nimiam lasciuiam mundanam eos oc-
cupantem, (quam in eis laicis Poeta de-
laude uitæ solitariæ, tractatu 4. in prin-
cipio deplorat) uidere non potuerūt: Ad
tantam seruitutem deducti sunt, ut cre-
dere compellantur fidem hanc esse de
necessitate salutis, Papam scilicet ha-
bere tantam sibi a Christo collatam ple-
nitudinem potestatis, ut possit omnia,
quæ in terris sunt, disponere pro libitu
uoluntatis suæ, nec quisquam ei aude-
bit dicere, Cur ita facis? Cum etiam (ut
terminis utar suorum adulotorum) ipse
Papa angelis habeat imperare.

Et nunc Reges intelligite, secundum
prophetam, qui iudicatis terram, atten-
dite

dite & uidete peccatum grauiissimum ,
quia scientes Episcopi Romani bonum
non faciunt,imo ueritati Euangeliū cō-
tradicunt in facto, Euangeliū enim Lu-
cæ 22. ostendit Christum,nec Apostolis
nec Petro aliquam plenitudinem pote-
statis,uel dominatus tradidisse, Imo do-
minatum & potestatem uerbo & exem-
plo prohibuisse dicens, Reges gentium
dominantur eorum, & qui potestatem
habet super eos,benefici uocantur, uos
autem non sic .

Vbi Origenes, Hieronymus & Chry-
sostomus,Basilius,concorditer loquen-
tes sentiunt,quod principes seculares nō
contenti tantum rogare subditos , sed
etiam dominando eis utuntur, uos autē
non sic,scilicet uos Apostoli, & mei suc-
cessores,sed uestrum est seruire,ministra-
re, & pascere uerbo & exemplo . Quare
uestras utilitates negligatis, & inferio-
rum procuretis,& mori pro salute infe-
riorum non recusetis, non turpis lucri
gratia,neq; ut dominantes in clero, sed
forma facti gregis ex animo , ut inquit
Petrus in prima Canonica,Capite.2
Putet fortasse quis , quod concesserit

D 2

Christus

Christus & Petrus Papæ dominatum in
populo, qui prohibet ipsum inter Apo-
stolos, & in clero. Audiat beatum Bern-
hardum libro de Consci: Tractatu 4. ad
Evgenium Papam. Quod (inquit) ha-
buit Petrus, hoc dedit, sollicitudinem, ut
prædixi, super Ecclesiam. Numquid Do-
minationem? Audi ipsum, Neq; ut do-
minantes, sed forma facti gregis ex ani-
mo. Ne autem dictū sola humilitate pu-
tes, uerū etiam ueritate, vox Domini in-
dicat in Euanglio: Reges gentium do-
minantur eorū, uos autem non sic.

Plenum est, quod Apostolis interdi-
citur dominatus, igitur tu usurpare au-
des, aut dominus Apostolatum, aut A-
postolus dominatum? Plane ab utroq;
prohiberis. Si utrumq; simul habere ue-
lis, perdes utrumq;, alioquin non te de
numero illorum putas exceptū, de qui-
bus conqueritur Dominus sic, Ipsi reg-
nauerunt, sed non per me, Principes ex-
titerunt, sed non cognoui eos.

Paulus quoq; ad Titum 2. secundum
glossam beati Ambrosij, qui se impli-
cat secularibus, & quod Apostolus ue-
lit

lit primæ Corinth. 6. inquit, scribens
non Petro, non Clero, sed Vniuersitati
fidelium, Secularia, inquit, iudicia si
habueritis, contemptibiles, qui sunt in
Ecclesia, illos constituite ad iudican-
dū. Textum supra scriptum exponentes
Ambrosius & Augustinus in glossa, si
inquiunt super iudicia constituite con-
temptibiles, id est, minoris meriti, quam
sunt præsbyteri & sacerdotes. Qui autē
spiritualibus dotati sunt, secularibus
implicari non debent, ut dum non co-
guntur inferiora disponere, ualeant su-
perioribus deseruire. Hæc est glossa etiam
sumpta de Moralibus Gregorij.

Ad hunc intellectū loquitur Bern-
hardus prima de Consci : Capit: 2. ad
Eugenium papam, & alios Romanos
Episcopos, dicens. In criminibus, non
in possessionibus potestas uestra, propter
illa enim, non propter has claves acce-
pistis regni cœlorū, præuaricatores exclu-
dimus, nō possessores. Ut sciatis, inquit,
quia filius hōis potestatem habet in ter-
ra dimittēdi peccata. Et subdit, Quænā
tibi uidetur maior dignitas & potestas,

D 3 dimicte-

dimittendi peccata, aut diuidendi prae-
diac. Habent hec infima & terrena suos
iudices, Reges, Principes terrae. Quid fi-
nes alienos inuaditis? Quid falcem ue-
stram in messem alienam extenditis?

Ex quibus patet, fabulam & figmen-
tum esse, quod in Decretalibus Pontifi-
cum Romanorum scribitur, quod a Chri-
sto habeant plenitudinem potestatis si-
bi collatam, & huiusmodi Dominium,
ut & Regibus & Principibus in tempo-
ralibus praefecti sint.

Ridicula est etiam probatio, quam
adulatores Paparum ad id consueuerunt ad-
ducere ex capite, Solite de Luna & So-
le. Nam sicut, quāuis Luna recipiat lu-
cem a sole, non tamen motum & influ-
entiam: Ita, quāuis Reges & tempora-
les Domini designati recipiant, & reci-
pere debeant lumen doctrinæ, a Papa
& suo clero per solem designatis, non ta-
men eis ex hoc dominari concessum est.

Imo similitudo bene intellecta efficit
contrarium. Nam illa duo Luminaria,
scilicet, Sol & Luna sic creata sunt, ut sol
praesent diei, Luna nocti, Sic Papa & cle-
rus praesent diei, id est, doctrinæ spiritu-
ali,

ali, & orationi ad impetrandum diuinā
misericordiam, ut notatur ad Hebre. 2.
Illa autē, quae Dei sunt, lux & dies sunt,
quibus præesse debet Papa, sub meta-
phora solis. Quæ autem mūdi tenebræ,
& nox sunt, quibus præesse debet Impe-
rator sub metaphora Lunæ.

Sicut igitur non absolute, quanquam
illuminat Lunam, nullum tamen domi-
nium habeat in Lunam, sic Papa & cle-
rus, et si luce doctrinæ debeant Impera-
torē & seculares illuminare, nullum ta-
men datum est eis Dominium a Christi
institutione in eos, sicut nec magistro in
discipulos.

Ad hunc sensum scribit Apostolus z.
Corinth. 10. dicens, Testem inuoco
Deum in animam meam, quod parcens
uobis, non ueni ultra Corinthum. Non
quia dominamur fidei uestræ. Vbi glos-
sa: Quare dicit, Non quia dominamur:
quia cum dixit parcens uobis, ne forte
indignarentur de signato dominio. Ideo
dixit, non dico uobis parcens, quia do-
minemur, sed quia adiutores unius gau-
dij, & emendationis uestræ simus, in qua
est libertas, non dominium.

Imo non esset expediens spiritualibus, doctores Papam & suos habere dominium, uel coactam potestatem. nam compulsis & inuitis nihil uel modicum prodest fides, & quæcumq; exhibitio uitutis. constat enim coacta seruitia non placere, Idcirco nec Iudei nec Pagani ad susceptionem fidei, per ullam legem a Christo datam compelluntur sub poena præsentis sæculi.

Si uero Christus dedit Papæ (sicut seipsum fallendo decretare solet) plenitudinem potestatis in Christianos Reges, quare non in Iudeos? quod si sic, culpa eius grandis est, quod saluti eorum tanquam potestatis plenitudinem habens non prouideret.

Dictis alludit Chrysostomus in suo Dialogo, qui etiam de dignitate sacerdotali intitulatur lib:2. Cap. 3. Inducens super allegatum dictum Apostoli, Non dominamur fidei uestræ, dicens, hi, qui foris sunt iudices seculares, malignos quosq;, cum subdiderint, ostendunt in eis plurimam potestatem, & eos inuitos a prioris uitæ prauitate com-
pes.

pescunt. In Ecclesia uero non coactum,
sed acquiescentem oportet ad meliora
conuerti, quia nec nobis a legibus data
est haec potestas, ut autoritate cohibeas-
mus homines a delictis, & in persona
omnium sacerdotum haec dixit.

Subdens aliam causam sui dicti, in-
quit, Si nobis data esset talis potestas,
haberemus unde exerceremus huius-
modi potestatem, Cum Dominus no-
ster Iesus Christus non necessitate &
uiolentia submotos, a peccato, sed pro-
pria uoluntate se sponte abstinentes re-
muneraturus sit.

Sed si aliqua cohortio contra Ha-
geticos necessaria fuerit, per fideles prin-
cipes a Deo potestatem habentes exer-
ceri potest, & debet ad nutum sacerdo-
tis, & non imperium, ut dicit Bernhar-
dus, ubi supra, cum ex scripturis san-
ctis habet sacerdotium, secularem prin-
cipatum.

Imo talem assumere Clerū Christus
non solum ex præmissis uerbo in binis
præcepti uel Cōsilij, phibuit, uerum etiā
exemplo suo, qđ Clero specialius debet

D S esse

esse disciplina moris aperte demonstrat,
quando non solum a se , suisq; discipu-
lis exclusit seculare dominium, uerume-
tiam seculari potestati uoluit suos subij-
cere,imo se se exhibuit ipsi potestati iu-
diciali subiectum. Nam filius hominis nō
uenit iudicare mundum, sed, ut saluetur
mundus per ipsum, Ioannis 12.

Et Iohan . 18. ad Pilati quæsita re-
spondit, dicens, Regnum meum non est
de hoc mundo, probat. Nam si regnum
meum, &c. Quem locū exponentes san-
cti, primum beatus Augustinus dicit, per
hæc uerba Christus Iudæis & Gentibus
oportunius apertiusq; respondit, quasi
diceret, audite Iudæi, & gentes, non im-
pedio dominationem uestram in hoc
mundo , Quid uultis amplius : Venite
credendo ad regnum meum, quod non
est de hoc mundo. Chrysost. super eodē
passu, non priuat, inquit, Christus mun-
dum sua præsidentia & prælatione, sed
ostendit regnum suum non esse huma-
num & corruptibile .

Item Augustinus, supra dictū , Tu di-
cis, quia rex sum ego, inquit, non quia se
regem tituit confiteri, sed ita liberatur,
ut

ut nec se regem neget, nec regem talet
se esse fateatur, Cuius regnū putetur esse
de hoc mundo. Dictum est enim, tu di-
cis: Carnalis carnaliter loqueris.

Ex quibus patet, quod Christus hu-
manum regem se esse negavit uerbo.
Vide quomodo Christus rex esse uoluit,
Imo fugit utiqꝫ Ioan. 6. & per beatum Au-
gustinū & Chrysostonū super eodem pa-
llu. Et Lucae 12. Et Christus rogatus per
quendam de turba, ut diceret fratri, ut
diuideret secum hæreditatem, respōdit,
Homo, quis me constituit iudicem? &c.

Super quo beatus Ambrosius, bene
terrena declinat, qui propter diuina de-
scenderat. Nec iudex dignatur esse Iiti-
um, & arbiter facultatum, uiuorum
mortuorumqꝫ habens iudicium, arbitri-
umqꝫ meritorum. Et subdit, Merito re-
futatur hic frater, qui dispensatorem cœ-
lestium gestiebat corruptilibus occupa-
re. Hæc illæ. Ex quibus patet, quomodo
Christus refutauit temporalem potesta-
tē, atqꝫ mundanum dominium.

Restat nunc uidere, quomodo se suo
exempli seculari potestati subiectū ex-
hibuit, per illud innuens, cunctos fideles,

tam

tam Clerum, quam Laicos subesse debe-
re realiter & personaliter iudicio coacti-
uo principum huius sæculi. Dixit enim
Matth. 22. Reddite, quæ sunt Cæsaris
Cæsari. Et glossa interlinearis, & pecuni-
am & Tributum. Super quo Chrysosto.
Tu inquit, cum audieris redde, quæ sunt
Cæsaris Cæsari, &c. Scito dictum in om-
nibus, quæ pietati concordant.

Et beatus Ambrosius in Epistola cō-
tra Valentianum, quæ intitulatur ad
plebem: Soluimus, inquit, quæ sunt Cæ-
sar, Cæsari: Tributum Cæsaris est, non
negetur. Et rursus Matth. >. Christus iu-
sifit solui didrachma pro se & pro Petro.
Super quo Origenes, Filius, inquit, Dei,
qui nullum opus fecit seruile, quasi ha-
bens formam serui, quam ppter homi-
nem suscepit, tributum dedit.

Vnde patet, Si Christus suos Vi-
carios & Petri, qui se præferunt cunctis
mortalibus, uoluisset habere exemptos,
pro se & Petro didrachma non soluisset.
Ad hunc sensum loquitur beatus Am-
brosius in Epistola, cuius titulus De tra-
dendis basilicis. Tributum, inquit, pe-
tit Imperator, non negetur, Agri enim
tribu-

tributū soluunt. Subdit, Soluimus, quæ sunt Cæsarī, Cæsari, tributum Cæsarī est, non negetur.

Et beatus Bernhardus in Epistola ad Archiepiscopum Seuerum. Sunt, inquit, qui suggesterunt subditos suis superioribus rebellare, Christus aliter iussit & gessit. Reddite, inquit, quæ sunt Cæsarī, Cæsari, Quod ore loquutus est, mox opere impleri curauit. Conditor Cæsarī non cunctatus est Cæsari reddere censem. Exemplum enim dedi uobis, ut & uos ita faciatis.

Consequens est uidere, quantū haec materia Christus commiserit suis Apostolis, puto nihil aliud, nisi, quod uerbo & exemplo docuerit. Ait enim Apostolus ad Timoth.3. Admone illos, quibus prædictas, subditos esse Principibus & Poteſtatibus, non dixit Episcopis. Vbi beatus Ambrosius, Admone, quasi diceret, & si habes tu imperiū ſpirituale de spiritualibus, tamē admone illos, subditos esse Regibus & Principibus, quia Christiana religio neminem priuat iure suo.

Quod dixit pro tanto Ambrosius, quia etiam fideles Regibus malis, & infidelis

infidelibus docuit Apostolus subesse, quemadmodum dixit idem Apostolus primæ ad Timot: ultimo, ubi glossa secundum beatum Augustinum, Sciendū quosdam prædicasse, cōmunem omnibus in Christo libertatem esse, quod de spirituali libertate, qua Christus nos liberavit, utiq; uerum est, non de carnali, ut illi intellexerunt. Ideo inquit glossa Augustini, hic contra eos loquitur Apostolus, innuens seruos suis dominis subditos esse. Ideo causam addit Apostolus, ne blasphemetur nomen Domini, quasi aliena iniudentis, & lex Christiana quasi iniusta &c. contra leges prædicet Ciui-les.

Qua igitur cōscientia præsumit quis sacerdos, etiam Papa absoluere fideles imperij uasallos a iuramento fidelitatis, & ab obedientia, ad quam Christus & Apostoli unumquemq; astringunt, potissimum salua fidei pietate? & si Papa cū lege sua oligarchica poterit dispensare, cum lege diuina non poterit sine erroris nota.

Vnde Apostolus ad Roma. 13. quo in hac materia nihil manifestius. Omnis,

nis, inquit, anima, id est, homo, potesta-
tibus sublimioribus subdita sit: Non est
enim potestas, nisi a Deo. Quæ aut sunt,
a Deo ordinatæ sunt. Itaq; qui resistit po-
testati, ordinationi Dei resistit. Nam prin-
cipes non sunt timori bono operi, sed
malo. Vis autem nō timere potestatem,
bonum fac, & habebis laudem ex illa,
Dei enim minister est, tibi in bonum: Si
autem maleficeris time. Non enim sine
causa gladiū portat, Dei enim minister
est, qui index in iram ei, qui male agit. Ide-
oq; ex necessitate subditi estote, non so-
lum propter iram, sed etiam propter cō-
scientiam. Ecce Apostolus neminem ex-
cepit, neq; Petrum, neq; suos successores.

Petrus hoc idem sensit in 2. capitu.
primæ Canonice: Subiecti estote omni
humanæ creaturæ propter Dominum,
semper constituto in Principatu. Quem
intentum aperit dicens, Regi tanquam
præcellenti, &c.

Quibus omnibus comparatis & ad-
iunctis Patrum expositionibus clarissi-
me patet, quid Christus tradiderit Apo-
stolis potestatis, & quid Apostoli suis suc-
cessoribus, nihil aliud in scripturis sacris
reperciri

reperi clare poterit, nisi quod sint sub-
iecti Regibus & Principibus, non quod
dominentur.

Nec doctrina præmissa facta uerbo
caret facto & exemplo. Nam ut habetur
Actorum 25. Paulus a sacerdotum iudi-
cio ad Cæsarem appellauit, dices, ad tri-
bunal Cæsar is sto, Glossa interlinearis,
quia hic est locus iudicij, nec putandum
est, Apostolum hoc metu fecisse, qui iam
pro ueritate mori deliberauerat, ut **A**-
ctorum 21. Quis autem demens æstima-
bit, Apostolum suo uerbo tantum cri-
men admisisse, producendæ uitæ suæ
gratia, ut omne sacerdotium indebite
subiecerit suo exēplo & doctrina Iuris-
dictioni principis secularis? Maxime,
quia non compellebatur ascendere Hiero-
solimam, ad tam præjudiciale man-
datum toti sacerdotio faciendum. Am-
plius igitur credendum est sensisse in o-
pere, quod protulit ore, secūdum imita-
tionem sui magistri, Christi, qui se Vica-
rio Cæsar is in iudicio subdidit, ac ei il-
lam potestatem iudicandi desuper da-
tam, non solum permittam dixit.

Quibus omnibus summatim recolle-
ctis

Etis patet luce clarius, sacerdotio nullam
potestatem, multo minus plenitudinem
potestatis mundanæ & temporalis a
Christo collatam, imo uerbo & exem-
pli Apostolis, & per consequens Aposto-
lorum successoribus esse interdictam.

Hæc præmissa nostri Papæ sciant, id
est, scire deberet, quæ si nesciunt, eorum ig-
norantia peccatum non eleuat, sed aggra-
uat. Imo ex sacra scriptura per Sanctos
exposita oppositum eius deducere non
possunt, & tamen suis fabulosis decreta-
tionibus, quo ad præsentem materiam,
oppositum scribunt, & ad practicam mul-
tis annis, ad imperij, imo totius Christi-
anitatis inquietudinem, & desolationem
ponunt & posuerunt. Peccatum igitur
est eis, quia iuxta assumptum uerbum,
SCIENTI BONVM ET NON FA-
CIENTI PECCATVM EST ILLI.

SEQVITVR SECUNDA principalis pars.

PORRO PRIMITIVA ECCLESIA
præmissa sciens, & ob hoc nullum
sæculare dominium sibi uendicans,
sanctis moribus & doctrinis Ecclesiæ ædi-
ficiavit,

fecavit, & Imperium Romanum ad fidem
Christi, & sui sacerdotij reuerentia induxit.

Sed postquam effrenata cupiditas ac
fastus dominandi Ecclesiam modernam
& carnalem effecit, miris sophisticati-
onibus reuerentiam Imperatoris conuer-
tit in debitum priuilegium, Et immu-
nitatem a deuotis Imperatoribus con-
cessam in dominium, & sic paulatim in
ausum usurpatoris plenitudinis potes-
tatis processit. Quod uidere poterit qui-
uis clarissime, intueri uolens Chronicas,
& Speculum historiale.

Nam reuera a beato Petro usq; ad
Sanctum Sylvestrem tempore Constan-
tini Magni in hac materia temporalis
domini nulla fuit quæstio, trecentis fe-
re annis. Sublimati enim in Papam non
ad temporale dominium, sed ad marty-
rium trahebantur. Huius Ecclesiæ glo-
ria fuit, non purpura, non diuinitæ, non
equas albus, non fastus, non dominatus.
Sed ecce nos reliquimus omnia, & se-
cuti sumus te domine, sperantes ex hoc
non acquirere sedem temporalis eminen-
tiæ, sed sedem iudicatiū duodecim tribus
Israel, iuxta Christi promissum.

Sed

Sed a tempore Sylvestri, qui fuit
34. Papa a Petro, incepit Ecclesia mixta. Sanctus enim Sylvester Constantini donationem pro usu notariorum, qui gesta martyrum describerent, & pauperum, non in dominium sed usumfructū acceptauit, & ut mixtura in sede Paparum Romanorum appareat Ecclesiæ sanctæ, & carinalis, textius post ipsum Liberius Rhomanorum Papa dictus Leo, non de tribu Iuda, hæreticus Arianus factus est, & nisi surrexisserent sancti doctores Hieronymus, Eusebius, Ambrosius, Augustinus, quorū meritis & doctrina Ecclesia fuit illuminata, utiqꝫ p tūc abusu tēporali fides Romana, sed nō Petri, defecisset.

Ab hoc tempore usqꝫ ad tempora Ottonis primi habuerunt Papæ ab Imperio multā reuerentiam, & deuotionē, sic quod Imperatores ex deuotione & reuerentia in principio promotionis eorū alij legatione, alij personis pprījs se præsentārint Papæ, eius benedictionē petentes, & recomendantes se suis orationibus ad Imperij gubernationē & statū salutarem. Et, si aliqua hæresis surrexisset, sicut multæ illis tēporib⁹ surrexerunt, de mandato

uel supplicatione diuersorum imperato-
rum concilia sacra celebrata sunt. In qui-
bus Ecclesiæ, aliquando Papæ accusati
coram imperatoribus, Canonice sunt
purgati, quando adhuc nullum domini-
um Papa sibi usurpabat.

Sed sub imperatoris Privilegijs &
dominationibus ita reuerenter habiti
sunt Papæ, ut etiam quidam imperato-
res ex deuotione a Papa coronari uolue-
rint. Ex tunc insolescere incipientes, plu-
res ab imperatoribus depositi sunt. Ut-
puta Ioannes XII, quia lubricus, & incor-
rigibilis fuit, ab Ottone primo depoitum,
& Leo IX. substituitur, communq; uoto
statuitur, quod nullus Papa fieret, nisi de
consensu imperatorum Ottonum. Itaq;
eo tempore, quia Imperium fuit ualidum,
Insolentia Paparum fuit refrenata. A qui-
bus tunc uoluntarie Rhomanorum etiā
imperijs Proceres constituti sunt electo-
res Imperatoris: Non autoritate Papæ,
quia nihil ad eum pertinebat, nisi reue-
rentia deuotionis.

Post tertium Ottonem incepserunt
cogitare Papæ subtiliter, quomodo Im-
peratores deuotos, & reuerentiales face-
rent

rent suos subiugales, & non erat eis modus conuenientior, & Imperio periculosis, quam corrumpere Electores saltem spirituales, & ponere in seditionem, ut electio fieret per discordiam, & sic necessario haberent partes ad Papā, & ad eius sedem recurrere. Vnde multa scismata in Imperio Papis agentibus orta sunt. Quibus nō obstantibus Heinrici tertij temporibus aphuc p̄ reges & principes quidebatur sedibus Episcopalibus, & p̄ Episcopos cū statu principū alijs beneficijs.

Vnde, cum Cardinales graue schisma triū Paparū p̄curassent, quidā hæremita scripsit Imperatori, in hæc uerba.

Imperator Heinrice,
Omnipotentis uice,
Vna Sunamitis,
Nupsit tribus maritis,
Diffolute connubium,
Et triforme dubium.

De hoc scismate dicitur, uigesima
tertia distinctione, In nomine Domini.
Ille Heinricus collecto exercitu se trans-
tulit ad Italiam, & capitis tribus Papis,
ductisq; Romam, fecit synodū, & syno-
daliter omnes relegauit, & substituit Cle-

mentem secundum, & compulit Romanos jurare ad uitandum de cetero schismata, quod nemo sine consensu Imperatoris in Papam assumatur.

Quod factū Cardinales & Papa ægerentes, timentesq; se optatum dominiū in Imperiū cōsequi nō posse, nisi procuratis dissensionibus in Germanica natione, tūc potissima, cōcitauerunt Rhodolphū ducem Sueorum & Burgundie contra Heinricū quartum, mittentes coronam aureā Maguntino & colonensi, dantes eis in mandatis, ut cōtra Heinricum cōstituerent regem Rhodolphum, & sequuntur est inter eos bellum grauissimum, in quo uictus est Rhodolphus, qui ecclipsans suis astantibus dixit. Iussio Apostolica, & petitio principum me fecit iuramenti transgressorē: Videte igitur manū abscisam, qua iuraui Dño meo Heinrico, non uitæ nec glorie eius insidiari.

Quo uicto Magūtinus de Papæ mandato, & Saxonū adiutorio, alium suscitauit Heinrico aduersarium. Cōstituit regem Hermañum Knoflock, contra quem cū Heinricus pugnaret, a Gregorio septimo excommunicatus est. Quod ægererēs Heinricus (sicut merito) collecto exercitu

Grego

Gregorium de Roma ad Fraciā fugat, &
Wippertū Rauennæ Episcopum Papam
cōstituit, quem Clementē nominauit, &
factū est schisma uidelicet Papa p̄curāte.

Mandantibus etiā Papis & spirituali-
bus Electoribus exequītibus, bella Saxo-
nū cōtra Imperatorē facta sunt, in quibus
tanta strages Christianorū, & Almanic
sanguinis facta est, ut etiam ipsi Gregorio
hōrū malorū p̄curatori horrēda uidere-
tur, & nefas suū cōfessus, omnē pcessum
cōtra Heinric. & suos fulminatū retracta-
uit. Successor aut̄ suus Paschalis 167. potē
state usurpata parūp, sed arrogātior Gre-
gorio, principes cōtra Heinric. 4. cōstitu-
it, & cōcitatuit in ipsum eius p̄priū filiū,
quē etiā cōtra patrē fecit p̄ multos Episc.
Rheni in regē corōari, & uocari Heinri. 5.

Heinricus igitur Quintus cum exercitu
grandi Romā ueniens, & Papaz benedic-
tionem & coronationem deuotione cō-
sueta petēs, requisitus est a Papa, ut præ-
staret iuramentum fidelitatis. Et hic pri-
mus in Chronicis reperitur exegisse iura-
mentum ab Imperatore. Rex autem iurare
nolens, dixit, Imperatorē nemini iurare de-
bere, cui iuramentoū sacramenta ab
omnibus sint exhibēda.

Facta igitur Contentione, quis eorum uideretur maior, contra Euangeli-
um Christi Luce 22. Ut supra. Irruerunt Romani, & factum est prælium durissi-
mum in domo S. Petri, quale prius non
est auditum. Præualuit exercitus Regis,
repleta est domus sanctificationis mor-
ticinjs, profluxit sanguis in Tyberim,
uisi sunt ibi Cardinales trahi nudi funi-
bus in colla misis, Papamq; ligatum. Nec
solui potuit, nisi promissione præceden-
te, quod Papa dimitteret de cætero liber-
tates Imperij, & Imperatoris intactas,
præcipue de inuestitura Episcopatum,
& Abbatiarum per uirgam & annulum,
authoritate & consuetudine a Carolo
Magno habitas & continuatas per 300.
annos sub 63. Apostolicis Episcopis, Ha-
betur summa sparsim libro 27. speculi
Historialis, capite 10.

Ex quibus patet, quæ fuit Cardina-
lium Paparumq; intentio, quamuis ani-
mositate Imperatorū iure repressa. Cau-
telosæ tamen sub Lotario & Conrado
Decretum compositū est, in quo quam-
uis sint cum sanctorum autoritatibus
Paparum fœnum & paleæ multæ mix-
tæ tan-

tæ tanta tamen ei datur reuerentia, ut
Euangelium putetur esse cōtentū in eo.

Et ex tunc carnales Papæ ex decreto, quasi libro authentico, plenitudinem potestaris, non tamen ex Euangelio assumere præsumpsérūt in tantum, ut Adrianus Secundus, Friderico Primo petitam, more prædecessorū suorum, benedictionem negaret. Quia strepam equo Papæ desidente sinistram tenuit, cū dextram, ut uoluit Papa, tenere debuisset. O Deus, quanta superbia! Die sequenti ualde punita est sedes Romanorum, facta cæde a Teutonicis, qua maior ante non fuit audita uno bello.

Hoc Friderico residente in Alma-
nia, mortuo Adriano ortum est scisma
magnum per electionem Cardinalium,
sed sedatum per optimum Fridericum.

Demum Innocentius Tertius compo-
suit Decretales, pro maiori defensione
plenitudinis potestatis. Vnde mortao
isto Friderico, Innocentius quartus & sui
successores, disposuerunt cum electoribus
Imperi, quod semper in discordia elige-
rētur duo uel tres Imperatores, in eū finē,
ut cuius partem Papa foueret, sustineret

E § Papales

Papales usurpationes, & cogeretur ad iurandum & resignandum Papæ iura imperalia & collationes Episcopatum, Abbatiarum & cæterorum beneficiorum, quæ Imperio existente unito, semper contra Papas, ut supra patet, defensa fuerūt.

Et hoc totum, quod ab huiusmodi partialibus, imo scismaticis regibus extorquere poterant, libros 6. decretalium & Clementinis pro iuribus a Christo collatis conscribi fecerunt, et sic diuiso uel uacante Imperio ad ulteriora processerunt, reseruantes sibi omnes electiones et dignitates, quātumcumq; Canonice dispositas, imo collationes beneficiorum, nihilominus grauantes Episcopatus & beneficia, cum annatis, & cæteris symoniacis exactiōibus pro Confirmationibus, que alias ad Imperium pertinebant, ut sic Papæ exhauiant thesauros mundi, quasi Imperio non contenti sint usurpati. Et merito nostri Papæ se, possunt dicere & scribere uicarios Christi, & Petri præmissis attentis, quasi ab eis acceperint totum ausum gloriandi de plenitudine potestatis, quem tamē ausum Paulus insipientia dixit. 2. Cor. 2.

Prae-

Prædicta epilogizantes uidere poterunt, quid inter sit inter Christum dominum, & Vicarium suum.

Christus enim regnum mundanum exclusit:

Vicarius illud ambit.

Christus regnum oblatum fugit,
Vicarius se ingerit, ut habeat negatum.

Christus se negavit cōstitutum secundarem iudicem.

Vicarius præsumit iudicare Cæsarem.

Christus se subdit Cæsaris Vicario,
Vicarius Christi se præfert Cæsari, immo toti mundo.

Christus appetentes primatum reprehendit,

Vicarius de primatu etiam cum tota Ecclesia contendit.

Christus in die Palmarum in asino equitasse legitur,

Vicarius pōposo equitatu non contentus est, nisi dextra strepa ab Imperatore teneatur.

Christus discordes Iudeos, & gentes in unum regnum Ecclesiasticum congregauit,

Vicarius Germanos olim cōcordes sape seditionibus cōturbauit. Chri-

Christus innocens patienter iniurias
pertulit.

Vicarius reus Ecclesiæ & Imperio iniu-
riari non cessat.

Quod abolere & reformare sacrum
Concilium Basiliense satagens, & Christi
præsentē uicarium ad aliqualem formā
uitæ Christi reducere cupiens impeditur
usq; nunc. Nam in reformatione incep-
ta, quia curiam Papæ tetigit, uentum ua-
lidum contra se commouit ita, ut nauic-
ula Petri uideatur quasi fluctibus ab-
sorpta, quæ cū mergi nō possit, fluctuat.

Quod sit quia hi, qui primo contra
insolentias Eugenij fuerunt in ipso, &
cum ipso sacro Concilio feruentissimi,
ita quod electionem eius etiam publice
declararunt inualidam, & ad eius usq; de-
positionem, nisi humiliatus fuisset, erro-
resq; suos retractasset, processerunt, per
eum corrupti iam contra ipsum sacrū
Concilium, una secum errores eius ap-
probantes sine foedere bellant. Prima-
tum, quem sacro Concilio prius Catho-
lice ascripserunt, ipsi nunc erroneæ as-
scribere non uerentur.

Meretrix enim supra descripta tot ha-
bet amatores, ne dixerim adulatores, de
uin o

uino prostitutionis eius inebriatos, ut
sponsa Christi unica, & eius representa-
tium Concilium inter mille uix pote-
rint unum uerum amatorem habere.

Propter unū enim capitosum hominē
alias in errore de spiritu libertatis aber-
rantem, tam diu reformationi Ecclesiæ
Romanæ se opponentē, totam Ecclesiā
perturbantem, errores carnaliū Paparū,
de quibus dictū est, sequentem, imo plus
potestatis, quam aliquis suorū prædeces-
sorū usurpantē, p primatu supra genera-
lia Cōcilia cōtendentē, ebrīj, cæcutientes
uidetur omnes fore & spirituales & sæ-
culares, specialiter Almani, de quibus
plus miserandum est.

li enim ultra bonum honestutti,
quod a sacris Concilijs prouenire cōsue-
uit, bonum superutile a sacro Concilio
Basilensi recipere potuissent. Exactionū
diuersa genera, quo ad Clerum, euadere,
libertates Imperij iure belli iustissime ac-
quisitas, & germanico sanguine manuten-
tas, sophismatibus Apostolicis subrep-
titie usurpatas, recuperare quiuissent.

Experciscimini igitur ebrīj, abstergen-
do puluerem, iuga colli grauissima sol-
uendo, postponendo damnabilem neu-
tralitatem.

tralitatem, 34. qu. . I Seisima scitis quidem, quod dicunt fundamentum. Qui Canon bene inspectus potius reprobat neutralitatem. Scitisq; & omnes Germaniae uniuersitates repbarunt ipsam. Rationabiliter & sacrum Concilium adhuc cum nauicula Petri fluctuans resarcendo, eo quod sufficienter recollecto, si quæ de facto processerunt, disjudicando reformationē ante eius dissolutionē faciendo.

Qua rite facta, impleatur illud, quod de carnali Ecclesia Prophetatum est, Apocalip: 13. cecidit cecidit Babilō magna, & odibilis, quia de uino fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cū illa fornicati sunt, & mercatores, id est, Symoniaci de uirtute deliciarum eius diuites facti sunt.

Audite omnes, qui aliquem Zelum bonum habetis, & intelligite uobis dici quod sequitur ibidem. Exite de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, ne de plagis, eius accipiatis, quoniam peruererunt peccata eius usq; ad cœlum, & alia, quæ ibi ponuntur. Ex quibus sic plane dictis, non restat de cætero excusatio pex ignorantiam regibus

bus, & principibus, & communitatibus
quibuscumq.

Quin uidentes magnitudinem Paparum, quibus data sunt grata tempora, & priuilegia ab ipsis diuis Imperatoribus pro usu pauperum, & personarum Ecclesiasticarum, quæ conuerterunt in abusum adeo, ut eos, qui donatione gratiosam fecerunt pro beneficijs redigant in uilem seruitutem, Merito corrigitur p sacrum Cōcilium, ut refreneatur audacia eorum per manum ualidam Imperatoris, qui plus in hac re patitur.

Nam eximius rex Angliæ, Franciæ, Dux, Marchio nō astringitur Papæ quocumq; iuramento, factus Imperator iure tenetur secundum decretales eorum fabulose fictas, ita supremus Monarcha magis seruilis conditionis, quam quicumq; eius inferior fieri censeatur.

Hæc pro admonitione eorum, quorum interest, rudi stylo, ut melius possint intelligi, commemorasse sufficiat. Finis,

IMPRESSVM MAGDEBVRGI
apud Christianum Rhodium.

1.30

